

De cognitōe vere vite

quibus es qui operas te ab aliis herede fieri. non
 quod vis ut habeat heredes: in quibus nihil est
 chari? primogenitis. Proinde in primoge-
 nitis tuis punieris: quod cupiscendo res ali-
 enas. id est quod tibi iure non debet: quasi iuris vim
 habere possis. Perdis quod primogenita tua. Et
 facile est quod dem fratrem corporalis perdere primoge-
 nitos. mortales enim sunt homines: siue autem pa-
 retes siue post parentes moriantur. Itaque mo-
 lestum est ne per hanc occultam et iniustam cupi-
 scentiam primogenita cordis tui perdas. Pri-
 mogenita cordis nostri fides est. nemo enim dum
 operatur nisi fides precesserit. Quia opera tua
 bona filii tui sunt spiritualis: sed infirmos ti-
 bi primogenita fides est. Quisquis rem alienam
 occulte cupiscit: internam fidem perdit. Et sic
 enim primus sine dubio simulator obsequens
 non charitate sed fraude: veluti amans eum
 a quo se cupit fieri herede. Amare se dicit eum
 quem morti desiderat: et ut rex et se videat
 ac possessorem operatur: propter non derelinquit
 herede. Dec fratres peritio: et quomodo
 peritias decem preceptorum et decem plagarum cau-
 tos nos faciat: ut habeam securi res no-
 stras in preceptis dei. res inquam nostras interiorum
 et in archa prescientie nostre repositas. Iste sunt the-
 sauri nostri quos non fur. non latro: nec vici-
 nus malus poterit aliqui auferre. ubi non
 nea nec rubigo est memenda. Iste sunt enim et
 diuitie. id est bona prescientia: iusticia: misericordia: ca-
 stitas atque sobrietas. Qui talibus rebus plenus
 est: diues est. etiam si de naufragio nudus eua-
 serit. Sed si diligenter attendis: et que sunt
 mala fugeres: que bona sunt volueris auxili-
 ante deo exercere: eris populus dei. et de iniqui-
 egyptiorum societate. id est spiritualium nequitiarum ple-
 curde liberati: ad terram repromissionis pote-
 ris felicitate pervenire: auxiliante domino nostro iesu
 christo: qui vivit et regnat in secula seculorum
 amen.

Libellus sancti Augustini de cognitōe
 vere vite incipit.

Impietas dei

quod os muti aperuit: et ru-
 dibili aiali humana verba
 formare tribuit. me quo-
 que non solum sermone: sed etiam

scientia imperitum ad sanctum impellit. atque
 per se ac de se intellecta aliis pie innotescere
 impellit. Dum ergo instinctum ad utilitatem: ut
 spero: multorum. iteque remitto me ad corro-
 dedum de rebus invidiosorum. et forsitan ad personam
 dum cordibus dilectorum. Cum christus veritas et
 vita dicat. Dec est vita eterna ut te solum
 vere deum cognoscant. constat perfecto natura
 rationale ad hunc solum factum: ut factore suus
 vere deum intelligat. intelligendo diligit. di-
 ligendo in eo que est eterna vita eternaliter
 beate vivat. Divinitatis ergo essentiam
 rationabiliter investigare: est ad vitam eternam
 festinare. Danc vero negligendo ignorare:
 est vicius ad mortem inefficientem perire.
 quod nimirum hic ab eo ignorabitur: dum quis
 a beata vita sequestrabitur. Quia obrem cum
 de hac perfecta materia plurimi sanctorum
 patrum multa gloriosa prescripserint: ipsamque
 rem simplicioribus obsequio reddiderit
 Liber me per hanc pensam: quasi quanda semita
 stilo coplanare: qua infirmis intellectibus
 relicto erroris denio: planius veritatis
 liceat libere ambulare. Sed hic quilibet
 videtur nebulosa facie mihi occurrit: et vi-
 rius dum sub limbo corde preterit in me
 cerbiter euomit. Quid tu ingens tentas
 ligna firmis importare: aut reddidati ma-
 ri vnda instillare? Huius tam mordacis
 mordace dentem hec petra retundat: et ve-
 nenum maliciose euomit in viscera ipsius
 denuo torquenda refundat. Invidia dya-
 boli intravit mors in orbem terrarum: imita-
 tur illum qui sunt ex parte. Invidie in-
 felix: que aliena felicitate torquetur: alio da-
 no depascitur. ipsis rebus probas te esse ex
 parte eius. qui invides aliis quod tu igno-
 ras scire. ac mihi ob prolium labore collarum
 egris suspensus ingemiscis. quod tibi ob
 desideria: imo ob invidia denegatum cogno-
 scis. Age miser: potius miserum virum quo
 turgens euome: salubre dilectionis anti-
 dotum ercipe. Sin autem parti patris tui
 nigro felle tabescens faueto. Ego autem
 cum invidia tabescente iter non habeo.
 Egregiam scripturarum siluam alacer
 ingrediens: non in eam: ut tu venenata
 lingua asseris: ligna deferens: sed precio-
 sum vite lignum iusticiam esurientibus